Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

propeccatis suis mortuus quoniam Ipsi considerauerunt
me et inspexerunt et despexerunt me estimantes purum
somnem eo q videbant me talia pacientem Sexto mutatus
vestimentis meis vnde sequit diuiserunt sibi vestimenta
mea que erant plura et diuisibilia et super uestem meam miserunt
inconsutilem quia non erat conuenient diuisibilis miserunt
sortem

Tu aut domine ne elongaueris usq; ad commune resur
rectionem auxilium tuum sed statim resuscita me et ita factum
est quia tertia die resurrexit ad defensionem meam conspice
omnia nocumenta quibus quibus impedire resurrectionem
meam parant amouendo

Erue a morte que velut gladius separat animam a cor
pore deus animam meam s. ut no detineatur mitu in morte
et de plate inferi qui more canino deuorat animas aiam
meam innocentissima libera

Salua me a crudelitate leonina ppli iudaici et a cornibus
superbie iudeorum salua me humilem

Et quod sancte patet si fecerit Narrabo nomen tuum admira
bile gloriosum atq; sublime fratribus meis apls et discplis
quod scat qndo manifestauit eis resurrectionem suam scta;
virtute dei prius et in publico et manifesto et in congregatione
fidelium post resurrectionem meam faciam p meos annuciari
virtutem tuam ad laudem et gloriam nominis tui

Inuitat alios ad laudem dei Qui timetis deum timore
filiali laudate eum corde et ore et vniuersi inuitatores
fidei aut operum iacob gloriificate eum coram omnibus

Timeat eum timore reuerencie omne semen spuale
israhel. omnes fideles quoniam non despexit nec spreuit
deprecacionem pauperis s. xpi qui cum omnino dives esset pro nobis
omnibus pauper esse voluit ut nos sua paupertate diui
tes faceret